



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

14. Retribuetur enim tibi in retributione iustorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

7. Vnum hic est quod in exemplum trahi non debet. Christus Herodem principem vulpem vocat, non ex contemptu magistratus, sed ex auctoritate Spiritus, quā nemo imitari debet. Demonstrat quippe propriam sibi potentiam, quod opus legationis suo toto inuito mundo perficiet vsque ad constitutum à Patre tempus. Hoc proprium Christo fuit.

## IN LVCAE CAP. 14.

14. *Retribuetur enim tibi in retributione iustorum.*

Bonorum  
operum  
merces.

**V**ALET hic locus euidenter pro retributione bonorum operū apud Deum. Opponit enim Christus retributionem humanam, qui mutuam cōpensationem in suis conuiujs venantur, retributioni quē à Deo futura est in resurrectione iustorum. At illa alia veri nominis retributio est; ergo & ista. Hæretici hunc locum tractantes, imprimis Calvinus, nihil aliud à Christo hic doceri volunt, nisi in conuiujs illis humanis non exerceri charitatem, nec ad probādā charitatem illa sufficere. At Christus docet inuitationem pauperum non solum esse opus charitatis Christianæ, sed etiam opus cui à Deo retribuetur in resurrectione iustorum, id est, in illa generali omnium iustorum glorificatione. Sic hæretici bona pietatis opera nihil nisi fructus quosdam fidei & charitatis, signāq; & notas filij Dei esse volunt: aliquid apud Deum valere, vel ad salutem conferre, contra euidentissimas Scripturas nolunt.

23. *Comē*